

78 N 14 [111]

X 231 8133

Q. D. B. V.

AEDIFICIUM

SAPIENTIAE

DILAPSUM,

VIR

Tit.

DN. CHRISTIA-  
NUS WEISIUS,

Polyhistor Celeberrimus, & Gymnasii Zitta-  
viensis Rector per XXX. annos longè  
meritissimus

die XXI. Octobris MDCCVIII.

placide obiisset,

et XXIV.

Christiano ritu solenniter efferretur,

suumq; dormitorium in aede

DIVI JOHANNIS

inveniret,

ex sincera sympathias & collegialis  
affectus contestatione

queruntur,

simulq;

MOESTISSIMIS

efficacissimum divini Numinis solatium

apprecantur

COLLEGAE GYMNASII.

ZITTAVIAE,

Typis Michaelis Hartmannis.



Kapsel 78 N 14 [111]

AK

\* \* \*

Eheu!

Dilapsum in momento est aedificium;  
quod aere perennius putabamus.  
Eo magnificentius erat extructum;  
quo celebriores architecti manus ipsi admoverant.  
Fundaverat illud pietas,  
in sublime adduxerat sapientia,  
exornaverat virtus.  
Convertebat ad se omnium oculos,  
nec animos sinebat esse averfos.  
Aspicere illud gestiebant praesentes;  
in deliciis habebant absentes.  
Pulchra facies ejus externa;  
Pulcherrima interna.  
Omnibus patebat,  
qui sapientiam colebant ac venerabantur;  
Omnibus erat oclusum  
qui splendorem ejus ferre minus poterant.  
Admirabantur,  
qui externa ejus facie pascebantur,  
& interna ejus penetralia videre anhelabant.  
Obstupescabant,  
qui interiora ejus contemplabantur,  
& exire morabantur.  
Omnes redibant doctiores;  
Omnes admirationis pleni  
sibi gratulabantur,  
quod viderint ex animi sententia,  
quae pauci vident,  
plures frustra desiderant.  
Aedificium ipsum non erat conclavibus distinctum;  
sed tribus templis venerabile.  
Primum sibi consecraverat Religio,  
sacra in illo peractura.  
Erecta cernebantur altaria bina,  
alterum precatationis, celebrationis alterum.  
Illud adibat supplex,  
sive bona a Deo essent impetranda,  
sive mala avertenda.  
Coram hoc stabat,  
si pro exhibitis beneficiis Deo gratiae erant solvendae,

ut

ut humilis gratiarum actio  
esset ad plus d'indum invitatio,  
Medium templum occupaverat Sapia,  
omnia cognoscens,  
quæ in magno mundi theatro sunt obvia;  
omnia examinans;  
ut vera a falsis,  
bona a malis segregaret,  
segregata filiis suis traderet;  
omnia communicans fideliter,  
ut mentes aliorum ab ingenitis tenebris liberaret,  
grato sapientiae lumine impleret.

Hinc nulla reperiebatur Disciplina,  
quam non enuclearius sisteret;  
nulla doctrina,  
quam non ex experientia illustraret;  
nulla experientia,  
cujus fundamenta non detegeret.

Tertium templum destinatum erat Virtuti,

omnis honestatis magistrae fidiissimae  
turpitudinis omnis inimicae severissimae.

Cernere in hoc licebat  
virtutis socias nunquam dissociabiles,

Pietatem, Charitatem & Spem.

Immo  
illam  
immoto vultu respiciebat ad Deum,  
ut respiceretur ab eo grata benedictione.

Ita  
ad proximum se vertebat,  
bonos in bonis confirmans;  
malos a malis retrahens.

Haec  
praesentia tolerans,  
futura sperans,

Omnia divinae sapientiae et potentiae committebat.

Sed dilapsum est aedificium,  
quod summa cura extractum,  
per longum tempus servatum,  
ab omnibus bonis frequentatum fuit.  
Quod enim cupiebant esse perpetuum;  
mortalis vis immaniter impugnavit,

immanissime destruxit;  
 destructi reliquias tristes reliquit,  
 terris involvendas,  
 ne tantae jacturae aspectus  
 imbrem oculorum provocaret,  
 Interim Sapientia  
 sociarum biga stipata,  
 hospitioq; exclusa  
 terram deseruit,  
 coelum adivit,  
 Ibi enim extra mortalitatem raptam  
 mortalia despicit,  
 et effusa in laetitiam coelestem,  
 lacrymas nobis relinquit  
 Nunc coelestis sapientiae lumine tota impletur,  
 quod apud nos veluti per aenigma vidit.  
 In laudes divinas tota resoluta cernitur,  
 quia creatorem a facie ad faciem intuetur,  
 in omnem aeternitatem celebrabit.  
 Nos in tanta mutatione  
 immutatas amoris leges retinentes  
 & lactamur & precamur.  
 Lactamur, quod metam felici cursu attigerit,  
 quam fide anhelante spectavit.  
 Precamur, ut lugentes erigat,  
 erectos servet,  
 servatos omni salute augeat.  
 Interim  
 scibilis officii memores  
 aedificii dilapsi ruderibus  
 adscribemus:  
 Pulchriora redibunt.



78 N 14 [111]

X 23A 8133

*Q. D. B. V.*

AEDIFICIUM

SAPIENTIAE

DILAPSUM,

VIR

*Tit.*

DN. CHRISTIA-  
NUS WEISIUS,

Polyhistor Celeberrimus, & Gymnasii Zitta-  
viensis Rector per XXX. annos longè  
meritissimus

*die XXI. Octobris MDCCVIII.*

placide obiisset,

*et XXIV.*

Christiano ritu solenniter efferretur,

suamq; dormitorium in aede

DIVI JOHANNIS

inveniret,

ex sincera sympathias & collegialis

affectus contestatione

qveruntur,

*simulq;*

MOESTISSIMIS


efficacissimum divini Numinis solatium

apprecantur

COLLEGAE GYMNASII.

ZITTAVIAE,

Typis Michaelis Hartmannis.



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

